

Valkensten certificant de summa quadraginta marcarum argenti sibi singulis annis tempore vite sue ab ipsis solvenda, ut per eam ad archiepiscopi mensam alienati redditus revocentur, et nos in restaurum illarum XL marcarum, quas pro nobis eidem quoad vixerit singulis annis dabunt, loco procurationum nostrarum, quas de ipsis in anno quolibet nos et nostri predecessores consuevimus bis habere, triginta marcas eis de capituli nostri secundum quod iam diximus, quamdiu comes idem vixerit, relaxamus consensu et decem eis de officio nostro Vorose in sale Elmene assignamus. Post obitum autem comitis antedicti, sicut nunc, procuratio bis in anno libera nobis et successoribus nostris erit et ad mensam nostram, ut nunc, ille decem marce liberaliter attinebunt, et abbas et conventus predicti ad solutionem harum quadraginta marcarum minime deinceps tenebuntur. Et quoniam in hanc formam nobiscum concordaverunt abbas et conventus, ipsam secundum quod inter nos concepta est et tractata conscribi fecimus et tam nostro quam capituli nostri, ne aliquatenus comitis supradicti diebus retractari valeat, sigillo signari. Testes huius facti sunt: Albertus maior prepositus, Ropertus maior decanus, Wernerus vicedominus, Tidericus cantor cum omni capitulo maioris ecclesie, Otto prior, Ericus', Rodulfus capellani, Hermannus hospitalis et totum capitulum in monte; layci vero: Henricus dapifer, Iohannes de Plote, Gerhardus de Wedhere, Rodolphus de Nemeke et alii ministeriales quam plures.

Acta sunt anno MCCLIII, indictione XII.

Aus dem Cod. s. Maur. im Haus- und Staatsarchiv zu Zerbst. Gedruckt: N. Mitth. des Thür.-Sächs. Vereins IX, 2, 37.

1258, November 22.

111.

Dietrich v. Ampfurt schenkt dem Kloster Berge 1 Hufe und 3 Morgen Landes nebst zwei Höfen in Haldingesdorf, wogegen das Kloster den bisherigen Lehnsträger Bertram von Schwaneberg mit Geld abfindet.

In nomine sancte et individue trinitatis. Thidericus de Anvorde omnibus presentem litteram inspecturis salutem. Vt quod a nobis rite geritur in presenti valeat et apud posteros vigeat in futuro, expediens credimus et salubre munimentis et scriptis firmitatis robur addere iuste factis illis maxime, per quorum mutationem vel oblivionem religiosis et piis locis quicquam in suis iuribus deperiret. Noverint igitur sane inspectores presentium universi, quod cum Bertrammus miles de Swaneberge mansum unum et tria iugera cum duabus areis in villa Haldengestorp a nobis iure pheodali teneret, quorum proprietas ad nos spectabat de iure, idem tamen B. omnia in manus nostras libere resignavit, pro ea a conventu et fratribus sancti Iohannis baptiste ad montem Magdeburgensem extra muros quadam peccunie summa recepta. Nos itaque, quia monasterium ipsum speciali amplectimur charitate, ob